

Band X., Nr. 4864, Seite 499-500

Der Kirchrektor in Bollingen Konrad Stammeler schenkt dem Wengenkloster in Ulm das Patronatrecht und die Vogtei in Bollingen.

Auf der Blauinsel bei Ulm, 1296. Juni 17.

In nomine domini. Amen. Presentium literarum inspectoribus universis Conradus dictus Stammeler rector ecclesie in Bollingen, rei geste notitiam cum salute. His scriptis tamquam in iure confessus publice recognosco et cunctis facio notorium fide dignis, quod ob fidei ac devotionis sincere meritum, quo honorabiles in Christo prepositus ac conventus cenobii sancti Michaelis in Insula apud Ulmam ordinis sancti Augustini Constantiensis diocesis me prosequi charitatis adminiculo ac dono dilectionis specialissimo iam ex multo tempore nullatenus vacillarunt, eisdem videlicet preposito ac conventui nec non ipsorum monasterio prenarratis, ius patronatus predicte ecclesie in Bollingen cum omnibus eidem intus et extra pertinentibus, quod quidem ius¹ quondam meis progenitoribus et mihi quippe omni iure exnunc prout ipsis ex tunc una et ius advocatie, quod michi ex meorum progenitorum germine in dicta villa Bollingen competere dignoscitur, pleno iure pure donavi ac libere propter deum. Verum quia dicta donatio aliquorum insultibus seu exactionibus indebitis et *consuetis* posset per tempus subsequens irritari sepepredictis videlicet preposito ac conventui monasterii prenotati pro investigatione tam iuris patronatus quam etiam advocatie possessoria ac firmiore de curia dotis ecclesie in Bollingen tria imina avene ac duos pullos pro censu annuo ac pro iure advocatie consueto constitui ac teneor tempore quoad vixero elargiri. Inducens ipsos videlicet prepositum ac conventum nec non ipsorum monasterium per huiusmodi census seu iuris advocatie largitionem in possessionem predictorum iurium corporalem. Renuntio igitur pro me meisque heredibus universis omni actioni impetitioni exceptioni omni consuetudini tam loci quam patrie omni iuri tam canonico quam civili et generaliter omnibus per que ea que premissa sunt vel aliquid ex eis posset imposterum quovis ingenio violari, adhibitibus nichilominus pro me in premissis verborum ac gestuum solempnitatibus debitis ac *consuetis*. Huius donationis testes sunt: Wernherus dictus Gromervonne,² Ulricus dictus Swerlich³ iunior consules iurati in Ulma, Berchtoldus et Conradus fratres dicti Shefoldt,

¹Dieser Relativsatz ist unvollständig.

²Lies Sumerwonne.

³Lies Gwerlich.

II

Hainricus dictus Besserer, Wernherus Grecus, Conradus Phuler, Otto pannicisor, Conradus Hadenhaim, Hainricus dictus Fuerer, Conradus Kaltisen de Bollingen, Conradus dictus Hager, Conradus Cocus et alii quam plurimi fide digni. Sane in omnium premissorum evidentiam presentes conscribi ac sigillis mei videlicet et honoratorum virorum commendatoris ac conventus domus Theutonicorum prope Ulmam nec non Leboldi decani de Herningen placuit roborari.

 Actum et datum in Insula apud Ulmam, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, XV. kalendas Julii.

—

Nach einer Abschrift des 17. Jahrhunderts.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Diözesanarchiv Rottenburg

Signatur/Titel des Originals:

A I 2.a, Nr. 74/1

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift des 17. Jh.

Editionen:

Kuen: Collectio scriptorum, 5, 2, 318 = FRIEDRICH PRESSEL (HRSG.):
Ulmisches Urkundenbuch, 2 Bde., Stuttgart bzw. Ulm 1873-1900, 1,
226.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Auf der Blauinsel bei Ulm

Ortsindex:

Bollingen Wohnplatz (16753)
 Bollingen, Dornstadt, UL
 Herrlingen Wohnplatz (17017)
 Herrlingen, Blaustein, UL
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Ulm UL
 Ulm Gemeinde (16620)